

SECRETÁ

Súscipe, Dómine, múnera quae pro Fílii tui gloriósa Ascensióne deférimus: et concéde propítius; ut, a praeséntibus perículis liberémur, et ad vitam perveniámus aetérnam. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Accetta, o Signore, i doni che Ti offriamo in onore della gloriosa Ascensione del tuo Figlio: e concedi propizio che, liberi dai pericoli presenti, giungiamo alla vita eterna. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO E COMMUNICANTES DELL'ASCENSIONE

COMMÚNIO

Ps. 67, 33-34 - Psállite Dómino, qui ascéndit super coelos coelórum ad Oriéntem, allelúia.

Salmo 67, 33-34 - Salmodate al Signore che ascende al di sopra di tutti i cieli a Oriente, allelúia.

POSTCOMMÚNIO

Praesta nobis, quaésumus, omnípotens et miséricors Deus: ut, quae visibílibus mystériis suménda percévimus, invisíbili consequámur efféctu. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente e misericordioso, che di quanto abbiamo ricevuto mediante i visibili misteri, ne conseguiamo l'invisibile effetto. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

Ascensione di nostro Signore Gesù Cristo

INTRÓITUS

Act. 1, 11 - Viri Galilaéi, quid admirámini aspiciéntes in coelum? allelúia: quemádmódum vidístis eum ascendéntem in coelum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps. 46, 2 - Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Glória Patri...

Act. 1, 11 - Viri Galilaéi...

Atti 1, 11 - Uomini di Galilea, perché ve ne state stupiti a mirare il cielo? allelúia: nello stesso modo che lo avete visto ascendere al cielo, cosí ritornerà, allelúia, allelúia, allelúia.

Sal. 46, 2 - Applaudite, o genti tutte: acclamate Dio con canti e giubilo. Gloria al Padre...

Atti 1, 11 - Uomini di Galilea...

ORÁTIO

Concéde, quaésumus, omnípotens Deus: ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum Redemptórem nostrum ad coelos ascendísse crédimus, ipsi quoque mente in coeléstibus habitémus. Per eumdem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente, che noi, che crediamo che oggi è salito al cielo il tuo Unigenito, nostro Redentore, abitiamo anche noi col nostro spirito in cielo. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio **Actuum** Apostolorum, 1, 1-11
Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quae coepit Iesus facere et docere, usque in diem, quae praecipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus et praebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et convalescens, praecipit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis per os meum: quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superveniens Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudaea, et Samaria, et usque ad ultimum terrae. Et cum haec dixisset, videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in coelum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in coelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in coelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in coelum.

M. - Deo gratias.

Lettura degli **Atti** degli Apostoli, 1, 1-11
Nel primo libro ho raccontato, o Teofilo, tutto ciò che Gesù fece ed insegnò dall'inizio fino al giorno in cui, dati per mezzo dello Spirito Santo i suoi ordini agli Apostoli che aveva eletti, fu assunto in cielo. Ad essi ancora si mostrò vivo dopo la sua passione, dando molte prove, apparendo ad essi durante quaranta giorni, e parlando del regno di Dio. Ed insieme a mensa, comandò loro di non allontanarsi da Gerusalemme, ma di aspettare la promessa del Padre, la quale avete udita per bocca mia: poiché invero Giovanni battezzò con l'acqua, ma voi sarete battezzati nello Spirito Santo di qui a non molti giorni. Ma i convenuti lo interrogavano, dicendo: Signore, ricostituirai allora il regno di Israele? Egli però disse loro: Non appartiene a voi sapere i tempi e i momenti che il Padre ha riservati in suo potere: ma lo Spirito Santo discenderà sopra di voi, vi comunicherà la sua forza e voi mi sarete testimoni in Gerusalemme, in tutta la Giudea e la Samaria, fino all'estremo della terra. E detto questo si elevò da terra e una nuvola lo nascose ai loro occhi. E mentre stavano fissamente mirando lui che saliva in cielo, ecco due uomini in bianche vesti si avvicinarono ad essi e dissero: Uomini di Galilea, perché state mirando verso il cielo? Quel Gesù che da voi ascese in cielo, verrà così come lo avete veduto salire al cielo.

M. - Deo gratias.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 46, 6 - Ascendit Deus in iubilatione, et Dominus in voce tubae.

Ps. 67, 18-19 - Dominus in Sina in sancto, ascendens in altum, captivam duxit captivitatem. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Sal. 46, 6 - Il Signore è ascenso in mezzo al giubilo e al suono delle trombe.

Sal. 67, 18-19 - Il Signore dal Sinai viene nel santuario, salendo in alto, trascina schiava la schiavitù. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequentia S. **Evangelii** secundum *Marcum*, 16, 14-20

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus: et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicatote Evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia eicient: linguis loquentur nobis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocerit: super aegros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti, praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Marco*, 16, 14-20

In quel tempo: Gesù apparve agli undici, mentre erano a mensa, e rinfacciò ad essi la loro incredulità e durezza di cuore, perché non avevano prestato fede a quelli che lo avevano visto resuscitato. E disse loro: Andate per tutto il mondo: predicate il vangelo ad ogni creatura. Chi crederà e sarà battezzato, sarà salvo: chi poi non crederà, sarà condannato. Ed ecco i miracoli che accompagneranno coloro che hanno creduto: nel mio nome scacceranno i demoni, parleranno lingue nuove, manegeranno serpenti, e se avran bevuto qualcosa di mortifero non farà loro male: imporranno le mani ai malati e questi guariranno. E il Signore Gesù, dopo aver parlato con essi, fu assunto in cielo e si assise alla destra di Dio. Essi se ne andarono a predicare per ogni dove, mentre il Signore li assisteva e confermava la loro parola con i miracoli che la seguivano.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 46, 6 - Ascendit Deus in iubilatione, et Dominus in voce tubae. Allelúia.

Sal. 46, 6 - Iddio è ascenso nel giubilo e il Signore al suono delle trombe. Allelúia.